



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia**

**Sulpicius <Severus>**

**Amstelodami, 1665**

Illusterrissimis Eminentissimæ Academiæ Lugdunensis Batavæ Curatoribus,  
D. Amelio à Bouckhorst, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11490**



ILLUSTRISSIMIS EMINENTISSIMÆ  
ACADEMIÆ LUGDUNENSIS BATAVÆ  
CURATORIBUS,

D. AMELIO à BOUCKHORST,  
DOMINO DE WIMMENUM, EX OR-  
DINE EQUESTRI IN DELEGATOS  
PRÆPOTENTIUM HOLLANDIÆ  
ORDINUM ADSCRIPTO, EJUSDEM-  
QUE COLLEGII PRÆSIDI, RHE-  
NOLANDIÆ AGGERUMQUE EJUS  
PRÆFECTO AC COMITI, &c.

D. GERHARDO SCHAEP,  
EQUITI, DOMINO DE CORTEN-  
HOEVE, LEGATIONIBUS AD RE-  
GES SEPTENTRIONIS GLORIOSE  
PERFUNCTO, SUMMISQUE IN RE-  
PUBLICA AMSTELODAMensi DI-  
GNITATIBUS FUNGENTI.

D. JOHANNI à THIELT,  
REIPUBLICÆ HARLEMENSIS CON-  
SULI, RHENOLANDIÆ CHOMAR-  
CHO, &c.

FLO-

FLORENTISSIMÆ REIPUBL.

LUGDUNENSIS

CONSULIBUS,

D. CORNELIO VAN BUYTEVEST.

D. WILHELMO PAETS, JC.

D. ARNOLDO WITTENS, JC.

D. RIPPERDO VAN GROENENDIJCK,  
JC.

*Ampliss. Consultiss. VIRIS,*

D. PETRO à BURGERSDIJK, JC.

D. JOACH. à WEVELINCHOVEN, JC.

REIP. LUGD. SYND. ET SECRET. ACADEMIAE CURATORUM.

HÆC

S U L P I C I S E V E R I

V. CL.

O P E R A O M N I A

L. M. Q.

S. F.

G E O R G I U S H O R N I U S.

ILLU.

ILLUSTRISSIMI  
ET EMINENTISSIMI  
DOMINI,

**C**UM SulpicII SEVERI  
quæ extant omnia denuo in usum  
juventutis à Typographo excu-  
derentur, Commentariis nostris jam ante  
multos annos illustrata vestroque nomini  
inscripta, Illustres & Magnifici  
Domini, tertiam hanc Editionem, ut  
priores duas, non aliis quam vobis conse-  
crandam duxi. Ea enim elegantiissimi Sa-  
cralium Historiarum scriptoris apud eru-  
ditos est aestimatio atque authoritas, ut  
dignissimum judicarint ex quo juvenilis  
ætas, cum latinæ linguae summa, id est  
Sallustiana puritate, rerum simul sacris li-  
teris traditarum notitiam hauriret: unde  
cum alii libri rarius recudantur, hunc intra  
annos non adeo multos tertia editione in  
lucem mittendum Typographus censuit.

\* 3

Quan-

## DEDICATIO.

Quanquam vero Commentaria ex optimis atque lectissimis magno à nobis labore contexta scriptoribus, in eam excreverint molem, ut pro libelli exiguitate incrementum exegerint nullum: non pauca tamen hinc inde ut fieri solet posterioribus curis, mutata vel addita sunt. Ea enim ratio est sacrarum historiarum, ut nunquam quod mediteris, nunquam quod inventias desit, præsertim hoc seculo tam curioso, ut de quibus nemo unquam dubitavit ea examinare & tenuitate ingenii sui vexare ausint. Quorum quidem respondere si quis velit argutiis, neque ipsi unquam defutura est copia neque illis, quæ denuo pro pertinacia conquirant, abundantia.

Sed visum non fuit in hoc opere & hac ultima editione controversiis recentioribus, nisi in quantum jam olim factum erat, locum dare, cum illud alii jam copiose

## DEDICATIO.

piose argumentum præoccuparint & talia  
satius sit in Commentario ad usum juvenu-  
tis parato præterire ac premere quam mul-  
tis exagerare. Præcipua cura fuit rerum  
prout ab ipso autore traduntur rationem  
babere & tempora, loca, personas ac quic-  
quid præterea ad rem facere videbatur,  
illustrare. In VITA MARTINI  
& OPUSCULIS minori opus fuit  
labore, quod illa non eadem fide tradita  
sunt, sed sive SULPICII credulitas sive  
a quibus illa accepit, aliorum fraudulentia,  
multis fabulosis commentis occasionem  
præbuerit, quemadmodum jam olim suo  
loco ostendimus. Hanc tertium recensam  
& recusam SULPICII editionem vo-  
bis Illustres & Magnifici Academiæ  
Lugduno-Batavæ Curatoribus & hujus  
urbis Consulibus inscribendam propterea  
duxi, quod cum in prioribus nomina ve-

DEDICATIO.

stra legerentur, etiam huic præfigenda  
duxerim honoris & observantiæ debitæ  
argumentum, quemadmodum olim sacra-  
menta Cæsaribus in annos renovabantur.

Deus Omnipotens diutissime vos, Il-  
lustres, Magnifici, Prudentissimi Do-  
mini, Academiæ, Reipublicæ, civitati,  
incolumes florentesque conservet. Lug-  
dun. Batav. xv. Aprilis. cIc Ic c  
LXV.

PRÆ-